Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



omni carne habet spiritum vite. Ingressi sunt in archam et clausit a
fuerit hostium dñs. ℣ Noe uxor et filii eius uxores eius et uxores
filiorum eius. Ingressi sunt. Lectio secunda.

Repleta est terra iniquitate a facie eorum. et ego dispdam
eos cum terra fac tibi archam de lignis levigatis. et man
sunculas in archa facies et bitumine linies intrinsecus et
sic facies eam. Trecentorum cubitorum erit longitudo arche.
quinquaginta cubitorum latitudo. et triginta cubitorum al
titudo illius. ℟ Edificavit noe altare domino offens super
illud holocaustum. odoratus e dñs odorem suavitatis et benedixit
eis. Crescite et multiplicamini et replete terram. ℣ Ecce ego
statuam pactum meum vobiscum et cum semine vestro post vos. Crescite.

Fenestram in archa facies et in cubito. Lectio tertia.

Consummatis summitatem eius. Ostium arche pones ex
latere deorsum cenacula et tristega facies in ea. Ecce ego
adducam diluvium aquarum super terram. ut interficiam omne carnem
in qua spiritus vite est sub celo universa quecumque in terra sunt consumentur.
℟ Memet ipsum iuram dicit dominus si adiciam ultra aquas diluvii
super terram pactum meum recordabor. ℣ Ut non perdam aquis diluvii omne
carnem. ℣ Ponam arcum meum in nubibus celi et erit signum
fedris inter me et inter terram. ℣ Ut non perdam. Lectio quarta.

Ponam fedus meum tecum et ingredieris archam tu
et filii tui. uxor tua et uxores filiorum tuorum tecum. Et
ex cunctis animantibus universe carnis bina induces in
archam ut maneant tecum masculini sexus et feminini
De volucribus iuxta genus suum. et de iumentis in genere suo
et ex omni reptili terre secundum genus suum. bina de omnibus
ingredientur tecum ut possint vivere. ℟ Ponam arcum
meum in nubibus celi dixit dñs ad noe. Et recordabor fedis mei quod pepi